



FRidericus filius fuit Ernesti Saxoniae ducis & Electoris, qui cum Alberto fratre magna gloria Saxoniam paternam ditionem gubernarunt. Alter Ernesti filius erat Iohannes, qui & ipse postea Elector constitutus fuit. Natus est autem Fridericus 17 Ianuarij anno 1463. Hos duos fratres mater Bavarie ducissa omnis generis uirtutibus educauit, atque post prima religionis & literarum fundamenta percepta, doctis preceptoribus educandos tradidit. Fridericus tamen felici ingenio fretus, ut aetate ita & literarum studio fratrem superauit, atque mediocrem literarum eruditionem acquisiuit. In primis uero historiarum summam retinuit, atque Monarchiarum rationes diligenter annotauit. In Mathematicis quoque disciplinis, praesertim Astronomico studio, egregie profecit, atque caelestium orbium & siderum cursum cognouit. Cum etiam ueteres reges & principes Medicinae studio delectati fuerint, Fridericus praepotore Doctore Mellerstatio usus, huius scientiae praepcepta amauit & percepit, praesertim ea, quae ad externa corporis uitia ipsamque Chirurgiam spectabant. Praecipue uero sacris literis inharebat, atque eas summas, quibus fundamenta nostrae religionis continebantur, sibi familiares reddebat: ut non mirum fuerit, hunc principem postea tantopere inter alios Germaniae proceres emicuisse.

rationes diligenter annotauit. In Mathematicis quoque disciplinis, praesertim Astronomico studio, egregie profecit, atque caelestium orbium & siderum cursum cognouit. Cum etiam ueteres reges & principes Medicinae studio delectati fuerint, Fridericus praepotore Doctore Mellerstatio usus, huius scientiae praepcepta amauit & percepit, praesertim ea, quae ad externa corporis uitia ipsamque Chirurgiam spectabant. Praecipue uero sacris literis inharebat, atque eas summas, quibus fundamenta nostrae religionis continebantur, sibi familiares reddebat: ut non mirum fuerit, hunc principem postea tantopere inter alios Germaniae proceres emicuisse.